



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

276. De jejunio rogationum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

## 130 REGINONIS LIB. I.

dominicam coram Presbytero decantet; & ut Presbyter omnibus patrinis annuntiet quod debitores sint suis filiolis, cum ad intellegibilem aetatem venerint, haec eadem insinuare.

*Ex Capitularium lib. II.*

Concil. Mo-  
gunt. sub Kar.  
M. c. 47.  
Lib. 2. Capi-  
tular. c. 39.

CCLXXXIII. Præcipimus ut unusquisque compater & proximi spirituales filios suos catholicè instruant. [Vide Capitulare Abytonis Episcopi Basileensis cap. 18. item Capitula ejusdem cap. 25. in to. vi. & viii. Spicilegium Dacheriani.]

*Ex eodem, cap. XLIX.*

Concil. Are-  
lat. 6. c. 19.  
Lib. 2. Capi-  
tular. c. 46.

CCLXXXIV. Ut parentes filios suos, & patrini eos quos de fonte suscipiunt, erudire summopere studeant; illi, quia eos genuerunt & eis à Domino dati sunt; & isti, quia pro eis fidejussores extiterunt.

De Letania majore. *Ex Concilio Moguntiacensi.*

Concil. Mo-  
gunt. sub Kar.  
M. c. 33.  
Lib. 5. Capi-  
tular. c. 86.  
Burchard. lib.  
13. c. 6.  
Vide Concil.  
Aquisgr. anni  
836. c. 10.

CCLXXXV. Placuit nobis ut letania major observanda sit à cunctis Christianis die septimo Kalend. Maij, sicut legendo reperimus, & sicut sancti patres nostri constituerunt, non equitando, non pretiosis vestibus induiti, sed cinere respersi, & cilicio induiti, nisi infirmitas impedierit.

De jejunio rogationum.

Burchard. lib.  
13. c. 7.  
\* Editio Hel-  
mestad. infe-  
ritarentur

CCLXXXVI. Cum exigentibus peccatis Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur, nec hujus flagelli aliquod remedium invenire possent, congregati tra-

duntur Galliarum Episcopi apud Viennam urbem, atque in commune statuerunt ut triduanum jejunium facerent. Cumque Dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinem annuae celebritatis venerunt, ut per Galliarum provincias ante Ascensionis Domini diem celebrarentur. Agamus & nos hos dies cum summa reverentia & devotione, cum abstinentia carnis & humilitate cordis: non ut visibilium luporum rabiem evadimus, sed ut invisibilium, id est, spirituum immundorum, tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimenta pretiosa induat, qui in sacco & cinere lugere debeimus. Prohibeantur ebrietates & comedationes que fiunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare presumat, sed discalciatis pedibus omnes incendant. Nequaquam mulierculae choreas decantent, & cum contritione cordis Dei misericordiam exorent pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conservatione frugum, & pro ceteris necessitatibus. Dies enim abstinentiae sunt, non laetitiae.

De jejunio quatuor temporum. *Ex Concilio Mogontiacensi.*

CCLXXVII. Constituimus ut quatuor tempora anni ab omnibus cum jejunio obseruentur, id est, in Martio hebdomada prima, in Junio secunda, in Septembri tertia, in Decembri quarta, quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis Domini, id est, feria quarta & sexta & sabbato. Veniant omnes ad Ecclesiam hora no-

Vide Alcuin.  
c. 20. divi-  
nor. officior.  
& Vvalfr.  
Strab. c. 28.  
de reb. eccles.

Vide Cæsar.  
Arelat. hom. I.

Concil. Mo-  
gunt. sub Kar.  
M. c. 34.  
Lib. 5. Capi-  
tular. c. 86.  
Burchard. lib.  
13. c. 2.